



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 41. Wicleffum moritur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Hi erant Wicleffistarum propugnatores Sæcul. XIV.  
præcipui. Unus ex iis Joannes Monta- A.C. 1387.  
cutinus e facello suo asportatas, quas ejus  
majores ibi erexerant, effigies omnes in  
locis occultis posuit, unicam S. Cathari-  
næ imaginem illic conservans. Alius  
quidam nomine Laurentius Martinofa-  
nensis SS. Hostiam, quam pridie Pascha-  
tis acceperat, ex ore prolatam manu te-  
nens in ædes detulit suas neglectis moni-  
tionibus sequentis se Sacerdotis. Deni-  
que partem ejus cum ostreis, partem cum  
cepis comedens negabat eam plus valere  
quam panem domesticum. Joannis Mon-  
tagutini facello præfectus proximus mor-  
ti, ac erroris sui poenitens poscebat Sa-  
cerdotem, cui noxas detegeret suas. Sed  
ejusdem sectæ homines inquietabant: Con-  
fessio externa est inutilis: confitere Deo,  
ligandi, solvendique potestatem præ Sa-  
cerdotibus habenti! Ita, quidquid dice-  
bat, decessit expers Sacramentorum.

## §. XLI.

*Wicleffus moritur.*

Annos abhinc duos Joannem Wicleffum *Vafsing.*  
horum malorum omnium authorem p. 322. 539<sup>s</sup>  
nervorum stupor corripuerat. Die S.Tho- Cave ap-  
mæ Cantuariensis 29. Dec. 1385, cum in pend. p. 353  
templo suæ parœciae Luttervortinæ ad  
populum diceret, distorqueri os ejus, sup-

Ee 5 primi

Sæcul. XIV. primi vox, quassari caput cœptum est:  
A.C. 1887. cumque postea biennio vixisset, interiit

*Cave p. 36.* masset. Quamplurima reliquit opera tum Latino, tum Anglico sermone confecta. Quædam typis expressa sunt: pleraque manuscripta in bibliothecis Angliæ permanerunt. En illa, quæ majus momentum habent!

p. 2644.

Tota scriptura sacra de vulgata Latina in linguam Anglicam translata anno 1383. Knigtonus scriptor coævus de illa sic loquitur: Divinus codex hoc modo factus est vulgaris, laicisque ac foemini legere scientibus clarior, quam esse solet Clericis litteratissimis: & sic Evangelica margarita projicitur, porcorum pedibus calcatur, & vulgi ludibrium fit. Præcipuum Wicleffi opus Latinum est dialogus, qui per ignorantiam illius seculi Trialogus dicitur ut sermo distributus tres in personas, Veritatem, Mendacium, & Prudentiam. Est quasi Theologiæ corpus, quod doctrinæ Wicleffianæ venenum omne continet.

*Boss. Var.* Summam ejusdem habe! Omnia sunt  
lib. II. c. 152. per necessitatem: cuncta peccata sunt ne-  
lib. 3. c. 7. 8. cessaria, nec evitari queunt. Deus non  
23. 27. poterat impedire culpam primi hominis,  
neg

n est:  
nterit  
Silve-  
ndictæ  
anctos  
decla-  
a tum  
nfesta.  
eraque  
e per-  
omen-  
Lat-  
anno  
de il-  
modo  
eminis  
e solet  
gelica  
dibus  
ræci-  
dialo-  
seculi  
s tres  
m, &  
cor-  
enum  
fiunt  
nt ne-  
non  
ninis,  
nec

nec eam condonare sine satisfactione Chri- Sæcul. XV.  
sti: sed nec poterat Dei filius non indu- A.C. 1387.  
re naturam humanam, non satisfacere,  
non mori. Poterat Deus aliter agere, si Lib. I. c. 10.  
voluisset; sed aliter velle non poterat.  
Cum homo peccaverit per fallaciam sibi  
structam & ignorantiam, necesse fuit, ut no-  
xam eluendi causa Sapientia Divina hu-  
manitatem assumeret. Christus non po-  
terat salvos facere diabolos: quia cum in  
Spiritum Sanctum peccaverint, debuisset  
Spiritus Sanctus hominem induere: quod  
fieri nequit. Deus nihil potest, nisi ea,  
quæ reapse fiunt: potestas in res, quæ  
non eveniunt, ei perperam tribuitur.  
Quando Christus ajebat, se posse a Patre  
suo petere duodecim legiones Angelo-  
rum, intelligendum est potuisse id eum,  
si voluisset, sed non potuisse velle. Deus  
non desinit esse liber, ut est, ad producen-  
dum Verbum suum, quamvis necessario  
id producat: sed libertas contradictionis,  
seu potestas faciendi, vel omittendi est  
inane commentum Doctorum. Nempe  
fundamentum doctrinæ Wicleffianæ est  
absoluta cunctis in rebus necessitas.

### §. XLII.

#### *Turcarum progressus.*

Sequente anno 1388 cum Papa Urba-  
nus Mauros ex Africa crebras mari  
excur-